

DE INGRESSU IN CONCLAVE
ET
DE IURE IURANDO

IN ÆDIBUS VATICANIS
MMXIII

DE INGRESSU IN CONCLAVE

*Cardinales electores se conferunt ad Sacellum Paulinum Palatii
Apostolici ad processionem instruendam.*

Celebrans:

In nómine Patris et Fílii et Spíritus Sancti.

℞. Amen.

Dóminus, qui corda nostra dírigit
in caritáte et paciéntia Christi,
sit cum ómnibus vobis.

℞. Et cum spíritu tuo.

Celebrans:

Venerábiles Fratres:
Cum sacris litavérimus,
nunc Concláve, ad eligéndum Románum Pontíficem,
ingrediémur.

Ecclésia univérsa, nobis in oratióne commúni coniúcta,
grátiam Spíritus Sancti instánter exórat,
ut dignus Pastor univérsi gregis Christi a nobis eligátur.

Dóminus dírigat gressus nostros in via veritátis,
ut, intercendéntibus
Beáta semper Vírgine María,
Beátis Apóstolis Petro et Paulo,
et ómnibus sanctis,
quæ ei sunt plácita semper agámus.


Tunc ordinatur processio.

Præcedit clericus Crucem ferens. Sequuntur cantores et duo membra cuiusque Collegii Prælatorum Clericorum de Camera, Prælatorum Auditorum Rotæ Romanæ et Protonotariorum Apostolicorum de Numero Participantium, Auditor Generalis Cameræ Apostolicæ, vir ecclesiasticus qui meditationem coram Cardinalibus electoribus habebit, Vicecamerarius et Secretarius Collegii Cardinalium.

Deinde procedunt Cardinales electores, iuxta ordinem, nempe Diaconi, Presbyteri, Episcopi; postremus Celebrans comitante Magistro Pontificiarum Celebrationum Liturgicarum.


Dum processio incedit a cantoribus et præsentibus alternatim cantuntur Litanie.

LITANIÆ SANCTORUM



Pa-ter de cæ-lis, De- us, **R.** mi-se-ré-re no-bis.

Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spíritus Sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trínitas, unus Deus, miserere nobis.



Sancta Ma-rí- a, **R.** o- ra pro no-bis.

Sancta Dei Génatrix, ora pro nobis.
Sancta Vírgo vírginum, ora pro nobis.



Sancti Mícha-el, Gábri- el et Rápha- el, **R.** o-rá-te pro nobis.

Omnes sancti Angeli, oráte pro nobis.
Sancte Abraham, ora pro nobis.
Sancte Móyses, ora pro nobis.
Sancte Elía, ora pro nobis.
Sancte Ioánnes Baptísta, ora pro nobis.
Sancte Ioseph, ora pro nobis.
Omnes sancti Patriárchæ et Prophétæ, oráte pro nobis.
Sancti Petre et Paule, oráte pro nobis.
Sancte Andréa, ora pro nobis.
Sancti Ioánnes et Iacóbe, oráte pro nobis.

Sancte Thoma,
Sancti Philíppe et Iacóbe,
Sancte Bartholomæe,
Sancte Matthæe,
Sancti Simon et Thaddæe,
Sancte Matthía,

Sancte Luca,
Sancte Marce,
Sancte Bárnaba,
Sancta María Magdaléna,
Omnes sancti Discípuli Dómini,

Sancte Stéphane,
Sancte Ignáti Antiochéne,
Sancte Polycárpe,
Sancte Iustíne,
Sancte Laurénti,
Sancte Cypriáne,
Sancte Bonifati,
Sancte Stanisláe,
Sancte Thoma *Becket*,
Sancti Ioánnes *Fisher* et Thoma *More*,
Sancte Paule *Miki*,
Sancti Isaac *Jogues* et Ioánnes *de Brébeuf*,
Sancte Petre *Chanel*,
Sancte Cárole *Lwanga*,
Sanctæ Perpétua et Felicitas,
Sancta Agnes,
Sancta María *Goretti*,
Omnes sancti Mártyres,

Sancti Leo et Gregóri,
Sancte Ambrósi,

ora pro nobis.
oráte pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
oráte pro nobis.
ora pro nobis.

ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
oráte pro nobis.

ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
oráte pro nobis.
ora pro nobis.
oráte pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
oráte pro nobis.
ora pro nobis.
oráte pro nobis.
ora pro nobis.
oráte pro nobis.
ora pro nobis.
oráte pro nobis.
ora pro nobis.

Sancte Hierónyme,
Sancte Augustíne,
Sancte Athanási,
Sancti Basíli et Gregóri *Nazianzene*,
Sancte Ioánnes Chrysóstome,
Sancte Martíne,
Sancte Patríci,
Sancti Cyrílle et Methódi,
Sancte Cárole *Borromeo*,
Sancte Francísce *de Sales*,
Sancte Pie *Decime*,


Sancte Antóni,
Sancte Benedicte,
Sancte Bernárde,
Sancte Francísce,
Sancte Domínice,
Sancte Thoma *de Aquino*,
Sancte Ignáti *de Loyola*,
Sancte Francísce *Xavier*,
Sancte Vincénti *de Paul*,
Sancte Ioánnes María *Vianney*,
Sancte Ioánnes *Bosco*,
Sancta Catharína *Senensis*,
Sancta Terésia a Iesu,
Sancta Rosa *de Lima*,

Sancte Ludovíce,
Sancta Mónica,
Sancta Elisabéth *Hungariæ*,
Omnes Sancti et Sanctæ Dei,

ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
oráte pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
oráte pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.


ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.

ora pro nobis.
ora pro nobis.
ora pro nobis.
oráte pro nobis.



Pro-pí-ti-us es-to, **℞.** lí-be-ra nos, Dómi-ne.

Ab omni malo, líbera nos, Dómine.
Ab omni peccáto, líbera nos, Dómine.
Ab insídiis diáboli, líbera nos, Dómine.
Ab ira et ódio et omni mala voluntáte, líbera nos, Dómine.
A morte perpétua, líbera nos, Dómine.
Per incarnatióem tuam, líbera nos, Dómine.
Per nativitatéem tuam, líbera nos, Dómine.
Per baptísmum et sanctum ieiúnum tuum, líbera nos, Dómine.
Per crucem et passióem tuam, líbera nos, Dómine.
Per mortem et sepultúram tuam, líbera nos, Dómine.
Per sanctam resurrectiÓem tuam, líbera nos, Dómine.
Per admirábilem ascensiÓem tuam, líbera nos, Dómine.
Per effusiÓem Spíritus Sancti, líbera nos, Dómine.
Per gloriÓsum advéntum tuum, líbera nos, Dómine.



Ut no-bis indúlge-as, **℞.** te rogámus, audi nos.

Ut mentes nostras
ad cæléstia desidéria érigas, te rogámus, audi nos.
Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum
et benefactorum nostrórum
ab ætérna damnatiÓe erípias, te rogámus, audi nos.
Ut ómnibus fidélibus defúntis
réquiem ætérnam donáre dignéris, te rogámus, audi nos.
Ut mundum a peste, fame et bello,
serváre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut cunctis pópulis pacem et veram
concordiam donáre dignéris, te rogámus, audi nos.


Ut Ecclésiám tuam sanctam
régere et conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut omnes ecclesiásticos órdenes
in sancta religiÓe conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.


Ut operários in messem tuam
míttre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut ómnibus in Christum credéntibus
unitatém largíri dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut omnes hómínes
ad Evangélii lumen perdúcere dignéris, te rogámus, audi nos.



Christe, audi nos. **℞.** Christe, audi nos.



Christe, exáudi nos. **℞.** Christe, exáudi nos.

Cum ad Sacellum Sixtinum advenerint, Cardinales electores suam quisque sedem petunt. Liber Evangeliorum apto et digno loco deponitur, ut celebrationibus et deliberationibus Cardinalium præsint usque ad electionem Romani Pontificis.

Litaniis Sanctorum cum invocationibus expletis, Celebrans intonat hymnum Veni, creator Spiritus, quo sollemnis fit invocatio Spiritus Sancti.

VENI, CREATOR SPIRITUS

Schola:

1. Veni, creátor Spíritus,
mentes tuórum visita,
imple supérna grátia,
quæ tu creásti, péctora.

Omnes:



2. Qui di-cé- ris Pa- rácli- tus, do- num De- i al- tíssimi,



fons vi- vus, i- gnis, cá- ri- tas, et spi- ri- tá- lis únc- ti- o.

Schola:

3. Tu septifórmis múnere,
dextrae Dei tu dígitus,
tu rite promíssum Patris,
sermóne ditans gúttura.

Omnes:



4. Accénde lumen sénsi- bus, infúnde amó- rem córdi- bus,



infírma nostri córpo- ris virtú- te firmans pérpe- ti.

Schola:

5. Hostem repéllas lóngius
pacémque dones prótinus;
ductore sic te prævio
vitémus omne nóxium.


Omnes:



6. Per te sci- ámus da Patrem noscámus atque Fí- li- um,



te utri- úsque Spí- ri- tum cre- dámus omni témpore.



A- men.

Celebrans:

Orémus.

Omnes, per aliquod temporis spatium, silentio orant.

Ecclésiæ tuæ, Dómine, rector et custos,
infúnde, quæsumus, fámulis tuis
spíritum intellegéntiæ, veritátis et pacis,
ut, quæ tibi plácita sunt, toto corde cognóscant
et ágnita tota virtúte secténtur.
Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

DE IURE IURANDO

Post orationem, Cardinales electores, coram omnibus iis qui sollemni processioni interfuerunt, ius iurandum dabunt.

Celebrans, stans apud altare, sequentem iuris iurandi formulam elata voce recitabit:

Nos omnes et sínguli in hac electióne Summi Pontíficis versántes Cardinales electóres promíttimus, vovémus et iurámus invioláte et ad únguem Nos esse fidéliter et diligén-ter observatúros ómnia, quæ continéntur in Constitutióne Apostólica Summi Pontíficis Ioánnis Pauli secúndi, quæ a verbis «Univérsi Domínici Gregis» incipit, data die áltero et vicésimo mensis Febrúarii anno Millésimo nongentésimo nonagésimo sexto, servátis quóque mutatió nibus in eam illátis per Litteras Apostólicas «Normas Nonnúllas» a Summo Pontífice Benedícto décimo séxto die áltero et vicésimo mensis Febrúarii anno bis millésimo décimo tertio Motu Próprio dátas.

Item promíttimus, vovémus et iurámus, quicúmque nostrum, Deo sic disponénte, Románus Póntifex erit eléctus, eum munus Petrínium Pastóris Ecclésiæ univérsæ fidéliter exsecutúrum esse atque spirituália et temporália iura libertatémque Sanctæ Sedis íntegre ac strénue assérere atque tuéri numquam esse destitúrum.

Præcípue autem promíttimus et iurámus Nos religiosíssime et quoad cunctos, sive cléricos sive láicos, secrétum esse servatúros de iis ómnibus, quæ ad electiόnem Románi Pontíficis quomodólibet pértinent, et de iis, quæ in loco electiόnis agúntur, scrutínium dirécte vel indirécte respiciéntibus;

neque idem secretum quoquo modo violaturos sive perdurante novi Pontificis electione, sive etiam post, nisi expressa facultas ab eodem Pontifice tributa sit; itemque nulli consensio, dissensio, alique cuiuslibet intercessio, quibus auctoritates saeculares cuiuslibet ordinis et gradus, vel quivis hominum coetus vel personae singulae voluerint sese Pontificis electioni immiscere, auxilium vel favorem praestaturos.

Deinde singuli Cardinales electores, praecedentiae ordine servato, ius iurandum interponent sequenti formula:

Et ego N. Cardinalis N.
spondeo, voveo ac iuro.

Et manus imponentes super Evangelium, adiungunt:

Sic me Deus adiuvet
et haec Sancta Dei Evangelia,
quae manu mea tango.

Iure iurando dato ab ultimo Cardinale electore, Magister Pontificalium Celebrationum Liturgicarum dicit «Extra omnes», et qui Conclavi non intersunt, Sacellum Sixtinum relinquunt.

Tunc, praesente adhuc Magistro Pontificalium Celebrationum Liturgicarum, vir ecclesiasticus, antea electus, ad normam Constitutionis Apostolicae Universi Dominici Gregis, nn. 13d et 52, meditationem habet coram Cardinalibus electoribus de gravissimo onere illis impendente, et de necessitate ut in eligendo Romano Pontifice recta intentione omnia agant, solum Deum praec oculis habentes et bonum universae Ecclesiae spectantes.

Peracta autem meditatione, ille qui eam protulit et Pontificalium Celebrationum Liturgicarum Magister de Sacello Sixtino

egrediuntur; fores autem obserantur, positis custodiis ad omnes ingressus eiusdem Sacelli.

His peractis, Cardinalis Decanus vel qui eius vice fungitur, audito Collegio Electorum, statim ipsis subiciet negotia quae sint immediate tractanda, aut ad actum electionis procedere iubet, iuxta praescripta Constitutionis Apostolicae n. 54.

Haec sessio convenienter clauditur auxilio Deiparae Virginis Mariae invocato cum antiphona Sub tuum praesidium.

SUB TUUM PRAESIDIUM

VII

Sub tu- um prae-si-di- um confu-gimus, * sancta

De- i Ge-nitrix; nostras depre-ca- ti- o-nes ne despí-

ci- as in ne-cessi-tá-ti-bus; sed a pe-rí-cu-lis cunc-

tis lí-be-ra nos semper, Virgo glo-ri- ó-sa

et be- ne-díc-ta.

TEGUMENTUM:
DISPUTATIO DE SACRAMENTO
PARTICULA
RAPHAEL SANCTIUS (URBINI, MCDLXXXIII - ROMÆ, MDXX)
SIGNATURÆ EXEDRA
PALATIUM APOSTOLICUM VATICANUM

CURA ET STUDIO
OFFICII DE LITURGICIS CELEBRATIONIBUS
SUMMI PONTIFICIS

(MMXIII)



TYPIS VATICANIS